

tenetur. Huic ergo tam preclaro operi operam dantes oportet cognoscere salutationem unicuique esse preponendam epistole, in qua lex ista servatur. Si minor scripserit maiori, maior persona preponitur, minor subsequitur.

AGW (fol. 89)

Epistola est litteralis legatio diversarum personarum capax precedens cum salutis affectu. Epistola grecum nomen est et compositum, epi grece latine super, stola missio interpretatur, quia cum duobus modis fit legatio: una viva voce, altera litteris. Hec supra illam est, que mittitur viva voce, in epistolis namque ita legatus¹⁹⁾ loquitur ac si ore ad os loqueretur et presens, cui legatur, adesset. Huic ergo tam preclaro operi operam dantes oportet cognoscere salutationem unicuique epistole esse preponendam, in qua lex ista servatur. Si maior minori scribit, maior preponitur, minor postponitur.

diversarum personarum capax precedens cum salutis [affectu] vel epistola est oratio cum salute principium sumens. Huic ergo tam preclaro operi operam dantes oportet cognoscere salutationem unicuique epistole esse preponendam, in quibus lex ista servatur. Si minor scribit maiori, maior preponatur, minor vero subponatur.

AGB (fol. 57 f.)

Epistola grecum nomen est et compositum, epi grece supra latine, stola missio. Inde epistola, id est supramissio, quia legatio duobus modis fit, una viva voce, altera litteris; que vero litteris epistola, quia super verba legationis [et] quia excellentior est ordine et dignitate, que viva voce. A simplici vocabulo nuncupatur stola. In epistolis enim ita loquimur ac si presentes ore ad os loqueremur. Epistolae enim ad hoc invente fuerunt, ut sermo habeatur inter absentes tanquam inter presentes et ut secretum celetur¹⁹⁾ sive propter ignorantiam seu oblivionem legentis. Epistola est igitur litteralis legatio diversarum personarum capax sumens exordium cum affectu salutis. Unicuique epistole salutatio est preponenda. Salutatio est salutis optatio. Pre-

¹⁹⁾ Vgl. oben S. 17 f. die Auszüge aus AGO und AGW.

⁴⁾ so Hs., besser legator